

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Heinrich Rudolph Redecker Johann Caspar Pflaume

Examen Iuris ...

Sextum :

Rostochi[i]: Richelius, 1667

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022>

Band (Druck) Freier  Zugang 

RU jurist. 2. Sept. 1667
Redeker, Heinr. Rudolph. /c





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747238022/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022/phys_0002)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn747238022/phys_0003](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022/phys_0003)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747238022/phys_0004](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022/phys_0004)

DFG

13

289.

I. N. D.

EXAMEN JURIS SEX TUM,

Ovod
PRÆSIDE

Viro Nobilissimo, Consultissimo & Excellentissimo

DN. HEINRICO RUDOLPHO

Redeker / J. U. D. & Prof. Publ.

celeberrima,

Sereniss. Duc. Meckl: Consiliario intimo, Con-

sistorii Ducalis Affectore gravissimo,

h. t. Rectore Magnifico.

Dn. Patrono, Præceptore ac Hospite suo
suspiciendo,

placide Eruditorum ventilations
publicè proponit

JOHANN CASPAR Pflaume/

Ascanius Saxo.

In Auditorio Majori,

d. II. Septembr.

1667 : 28

ROSTOCHI

Typis Jacobi Richelii, Sen: Typogr.

ANNO CL^o I^oc LXVII.

1667

Examen p̄is


I. Stephanus 1664

II. Kleinbörker 1664

III. —

IV. —

V. Grilius (incipit § 28!)





I. N. D.

Examen Sextum.

AD TIT. III.

DE SERVITUTIBUS PRÆ-
DIORUM.

Ad Rubr.

1. Quenam est connexio
§§. hujus tituli?

 Ervitutes Prædiorum considerantur in speciebus, quatenus sunt certe, & tunc vel rusticæ, pr. vel urbanae §. 1. vel ambiguæ & variantes, quæ tamen à potiori etiam rusticæ dicuntur §. 2. & in causis, quæ vel subjectiva scil. ipsa prædia §. 3. vel constitutiva, seu formalis §. 4.

2 Quid servitus sic significat?

Servitus, relativè ad servitutem personarum, de quælib. i. hic per translationem aliquam rebus inanimatis tribuitur, & est jus rei impositum

quod alteri utilitatem, vel amaritatem præstat l. 15. l. 19. ff. b. t. l. 3. ff. de aqu. cott. unde prædia per metonomiam adjuncti, dicuntur qualiter se habentia l. 86. de V. S. Servitus enim est moralis rei qualitas, & conditio rei seu prædii, l. 23. §. 2. ff. de S. P. R. Prædium autem est generale nomen l. 15. de V. S. licet hic specialius aliquando sumatur arg. l. 198. d. c.

3 Quare dicitur Servitus realis?

Oppositivè ad Servitutes personarum l. 1. ff. b. t. de quibus agitur tit. 4. Et s. b. Est autem Servitus realis seu prædij, quæ imponitur prædio ad vicini prædij utilitatem. l. 34. ff. de

T

S. P. R.

Reffond.

JOHAN.

CASPAR.

Pflaumer

Alcanius

Saxo.

S.P.R.l.29.qvib.m.us.am. siqvi-
dem duo hic reqviruntur
prædia, tanquam correlata,
qvorum alterum à DD. dici-
tur dominans seu superius
arg. l. 24. de *S.P.U.* alterum
autem servum, l. 20. §. 1. ff. de
A.R.D. cui opponitur libe-
rum, qvod nulli servit, l. 90. ff.
de *V.S.* Servitus autem respe-
ctu prædii dominantis, rectè
dicitur *Jus pr. Inst. b.t.* Re-
spectu prædii servientis au-
tem, non absurdè libertatis
privatio, qvia prædium mi-
nuit, l. 5. §. 9. ff. de *Oper. nob.*
nunc. Nec minus realis hæc
servitus ideo dicitur, qvia
rem ipsam, cui inhæret, co-
mitatur, & ad qvemvis prædii
possessorem transit. l. 23. §. 2.
ff. de *S.P.R.* l. 3. *C.de Serb.* &
aqv.

4. Qvomodo Servitus realis dividitur?

Pro ratione prædiorum su-
periorum, seu qvibus jus tri-
buit, vel est urbana, vel rustica
pr. & §. 1. J.b.t. l. 20. ff. de S.P.U.
Dicuntur autem prædia rusti-

ca & urbana, non à loco, sed
ab usu qvem habent l. 1. ff.
commun. præd. l. 16. C. de præd.
& al. reb. min. sic usus prædii
rustici consistit in re rusticâ,
scil. in fructus colligendo, &
pecora recipiendo: urbana
autem in habitando, mer-
cando vel recreando. Inde
Ulpianus urbanum prædium
non locus facit, sed materia
dicit l. 198. de *V.S.* ubi non in-
telligitur materia informis &
indigesta, sed formata ad u-
sum arg. l. 9. §. 2. ff. de *contr.*
empt. l. 12. ff. de supell. leg. nec
materia ex qvâ, sed circa
qvam, h. e. objectum circa
qvod ipsum prædium versa-
tur. A prædio autem domi-
nante servitus dicitur l. 2. ff.
de *S.P.R.*

5. Unde desumitur hæc differentia?

Non à forma, sed ab acci-
denti, qvia unum idemq; præ-
dium, modo ædificii speciem
habet, modo autem rei rusti-
cæ inservit, inde una eademq;
servitus, modo rustici, modo
urbani

urbani prædii esse potest, ad-
eoq; sine omni absurditate,
una eademq; specie servitus,
modo rustica, modo urbana
est l. 2. l. 20. ff. de S. P. U. l. 1. 2.
ff. de serv. præd. rust. Ut enim
ex usu æstimandum venit,
qvæ prædia habitandi, qvæ
autem fructuum colligendo-
rum, vel pecoris recipiendi,
vel rei rurestræ causa compa-
rata sunt, ita inde de servitu-
tis denominatione sumitur
judicium. Sic stabula, qvæ
extra continentia ædificia
sunt, & ita rusticum usum
præbent, rustica dicuntur l. 4.
ff. in qvib. caus. pign. qvatenus
autem ad ædificia referuntur,
urbana sunt d. l. 198. ff. de V. S.
etiam in villa ædificata, §. 1.
Inst. b. t.

Ad pr.

6. Qvodnam Iter est servitus?

Non qvod fruendi gratia
fructuario per consequenti-
am præstatur, l. 2. §. 2. ff. si
serv. vind. nec qvod volupta-
tis causa conceditur l. 8. ff. ds.

Servit. sed jus eundi per vici-
num prædium ad suum, fru-
ctuum causa. Nec refert, sive
qvis pedes eat, sive eqves l. 12.
ff. de S. P. R. sive sella vel le-
ctica vehatur l. 7. d. t.

7. Quid est actus?

Jus agendi jumentum (re-
ctius fortè cum *Hotom.* ar-
mentum arg. l. 89. de V. S. l. 38.
§. 1. & 4. ff. de *Ædil. Ed.* juncta
l. 12. de S.P.R.) vel ducendi ve-
hiculum aut plaustrum per
prædium vicinum, l. 1. l. 2. l. 7.
Ed. l. 12. d. t. Qui itaque actum
habet, idem etiam, non qui-
dem ex proprietate vocis, sed
ex interpretatione juris, qvia
illi cui plus licet, non potest
etiam non licere qvod minus
est, iter habere censemur l. 7.
l. 11. l. 12. d. t. l. 11. §. 6. ff. de ex-
cept. rei jud.

8. Quid est via?

Per viam hic non intelligo
publicam, seu regiam, de qvâ
2. F. 56. l. 2. §. 21. 22. ff. ne qvid in
loc. publ. nec vicinalem, qvæ
in vicos dicit d. l. nec agrari-
am d. l. §. 23. Sed qvæ per
T 2 servi-

servitutem agris imposita est,
& præter actum etiam jus ve-
hundi, seu avehendi continet,
l. 13. ff. de Servit. d. l. 2. §. 23.
Latitudo autem viæ ex L. XII.
tab. in porrectum sunt octo,
in anfractum autem sedecim
pedes *l. 8. de S. P. R. itineris*
autem & actus latitudo, vel
demonstrata est ab initio, vel
arbitrio relinqvenda *d. l. 13.*
ff. de Servit.

**9. Quid est aquæ-
ductus?**

Jus ducendi aquam per
fundum alienum *pr. f. b. l. 1.*
de S. P. R. ad irrigandos agros,
vel amoenitatis causa *l. pen. ff.*
de Servit. l. 1. §. 12. l. 3. pr. ff. de
aqu. quot. C. et. l. 6. C. de Serv.
E aqua. ducitur autem fistu-
lis l. 18. de S. U. P. vel rivis l. u.
§. fin. ff. commun. præd. & qui-
dem stricto jure ex capite vel
fonte *arg. l. 28. de S. P. U. æ-*
qvitatis intuitu tamen etiam
ex qvocunqve rivo l. 9. ff. de
S. P. R. l. 1. §. 8. de aqu. quot. C.
et. juncta l. 2. ff. commun. præd.
Tantum autem aquæ dunta-

xat ducendum, non quantum
desiderat fundus dominans,
sed quantum determinat ser-
vitutis constitutio *l. 12. C. d. t.*

Ad §. 1.

**10. Quænam sunt servi-
tutes urbanæ?**

Qvæ ædificiis, in urbe vel
villâ ædificatis, ut Domino
ampliora & commodiora fi-
ant, debentur *d. l. 198. & hæ vel*
sunt *Affirmativa*, qvibus Do-
minus prædii servientis tene-
tur aliquid pati, vel *Negativa*,
qvæ prohibetur in suo aliquid
facere. *l. 15. § 1. ff. de Serv.*
Qvod autem interdum etiam
teneatur in suo aliquid face-
re, nempe parietem reficere,
ad sustinenda onera vicini
ædificii, id non est constituti-
vum qvid, seu essentialie ser-
vitutis, sed consecutivum;
nec potest Dominus, ex La-
beonis sententiâ, ad id cogi,
sed, si voluerit, rem derelin-
quere *l. 6. §. 2. ff. si serv. vind.*
nisi ab initio de refectione
conventum sit *l. 33 ff. de S. P. U.*
l. 6. §. 5. l. 7. 8. si serv. vind.

11. Quæ-

11. Quānam sunt affirmativa servitutes?

(1) Oneris ferendi, qvā vicini nostri paries aut columnæ, nostri ædificii onera sustinet, l. 33. de S. P. U. l. 6. §. 2. ff. si serv. vind.

(2) Tigni, qvā licitum est tignum ex nostro in vicinum mittere parietem, vel projicere prædium §. 1. b. l. 1. 2. ff. de S. P. U. l. 242. §. 1. de V. S. l. 8. §. 1. l. 17. ff. si serv. vind. inde projiciendi & protegendi servitus d. l. 2. sed hæc cum superiori magnam eqvidem habet affinitatem l. 8. pr. & §. 1. d. t.

(3) Stillicidij, q. Stillæ ca- dii, qvā qvis aquam de tecto suo guttatim cadentem potest avertere, ut vicinus eam in suam aream vel cloacam recipiat §. 1. b. l. 1. 20. §. 3. & seqq. ff. de S. P. U. Servitus fluminis autem plenius quid continet, quando sc. cum impetu aqua de tecto fluit d. l. 20. §. pen.

(4) Fumi, qvā qvis fumum

ex suo in vicinum potest immittere l. 8. §. 5. cum seqq. ff. si servit. vind.

(5) Luminis, qvā qvis cogitur lumina seu fenestras vicini, in suum etiam parietem, recipere l. 8. l. 9. C. de servit. l. 4. l. 40. de S. P. U.

(6) Prospectus, qvā qvis jus habet prospiciendi & spectandi in prædium vicini l. 16. ff. de S. P. U.

(7) Altius tollendi, qvā qvis, contra formam & statum veterum ædificiorum potest ædes suas altius tollere l. 1. ff. de S. P. U. l. 7. §. 1. ff. comm. de servit. l. 1. C. de serv. l. 1. C. de ad. priv. §. 2. f. de act. & arg. l. 11. de S. P. U.

12. Quānam sunt Servitutes negativæ?

(1) Ædes altius non tollendi, qvā vicinus ædes suas altius tollere non potest l. 1. 2. b. t. Nam jure communī cuique liberum, ac licitum est, ædes suas pro libitu extollere l. 8. C. de serv. & aqu. l. 9. ff. de S. P. U. Sed viridaria atiushaberipossunt l. 12. d. t. T 3(2) Lu-

(2) *Luminibus non officiendi*, qvâ prohibetur vicinus qvicqvam facere, per qvod alterius lumini officiatur l. 4. l. 17. pr. §. 1. & 2. l. 15. ff. d. t.

(3) *Prospectus non officiendi*, qvâ vicinus mihi liberum & gratum prospectum, non solum ex parte superiori, sed etiam ex inferiori, præstare tenetur; plus proinde est in prospectu, qvam in luminibus, & plus continet hæc, qvām superior servitus, l. 15. 16. ff. d. t.

Ad §. 2.

13. Quānam sunt servitutes ambiguæ & variantes?

De qvib⁹ olim dubitatum fuit, an sint servitutes reales & rusticæ, an autem personales; tales autem sunt (1) *Aqua haustus*, qvâ qvis ex fonte vel puteo vicini aquam haurire potest, l. 3. §. 3. de S. P. R. qvâ concessā & iter ad fontem concessum intelligitur d. l. 3. §. fin. vid. th. 6.

(2) *Pecoris ad aquam appul-*

sus, qvâ qvis aquandi causa potest pecus ad alienam aquam pellere l. 1. §. 1. l. 4. ff. de S. P. R. nec extinguitur servitus hæc, etiam si fons exaruerit l. 35. ff. de S. P. R.

(3) *Jus pascendi*, qva licitum est pecora in alieno pascore l. 1. de S. P. R. l. 1. 2. 3. C. de pasc. publ. juncta l. 9. ff. de A.R.D. l. 49. §. 1. ff. de R. V. qvomodo autem viator possit pabulari eqvum, vide 2. F. 27. §. fin. Idem judicium erit de servitute calcis coquendæ, arenæ fodiendæ, l. 15. de S.P. R. Cretam, lapidesq; eximendi, ligna cedendi, & uvas premdi l. 6. ff. d. t.

14. Quāmodo ha servitutes possunt esse personales?

Quatenus certæ personæ possunt concedi, ita ut hæredit non debeantur l. 4. ff. d. t. & ita potius jus personale denotant, qvam ut sint servitutes, qvapropter corrigenda videur l. 14. §. 3. ff. de alim. leg. vide §. 2. Inst. de slip. serv. & l. 37. de S. P. R.

Ad

Ad §. 3.

**15. Qvare illa servitutes
dicuntur prædi-
orum?**

Qvia prædiis inhærent, & sine prædiis constitui non possunt, §. 3. b. t. l. 1. ff. commun. de Serv. debent autem 1. illa prædia esse vicina, non respetu confinii, sed commodi, l. 7. §. fin. l. fin. ff. de S. P.R. l. 7. §. 1. comm. præd. l. 4. §. fin. ff. si serv. vind. 2. Debent habere perpetuam causam, h. e. utilitas illa provenire debet ex causâ naturali, qvæ causatur, ut perpetuò qvis illa servitute possit uti, ut nec causa deficiat. Nec 3. ex die vel sub conditione, de stricto jure, servitutes hæ constitui possunt, qvia prædiis debent cohærere & reales esse l. 4. ff. de Serv.

Ad §. 4.

**16 Quot modis constitui-
tur Servitus?**

Duobus: PRIMÒ, ut producat Jus ad rem, seu obligatiōnem ad servitutem constitu-

199

endam l. 3. ff. de O. & A. quod fit, vel inter vivos, vel ultimâ voluntate: Illo, vel pactionibus l. 5. ff. de Servit. l. 33. ff. de S. P. R. l. 6. l. 7. ff. de Pac̄l. vel stipulationibus §. 4. h. vel aliis conventionibus, ad transferendum dominium habilibus, puta emtionis venditionis l. fin. ff. de Serv. l. 16. ff. si servit. vind. Hoc, qvatenus heres vel legatarius, ad constituendam servitutem, damnatūr, §. 4. b. l. 16. comm. præd. t. t. de serv. leg. l. 4. C. de usfr. SECUNDÒ, ut producat Jus in re, ex qvo oritur servitutis vindicatio. Et tunc, vel *Quasi traditione* seu patientiâ, qvæ in rebus in corporalibus pro traditione est l. f. b. l. 1. §. 2. ff. de S. R. P. l. n. §. 11 de Publ. act. vel *Adjudicatiōne* l. 22. §. 3. ff. fam. erc. l. 7. §. 1. ff. comm. div. vel *Præscrip̄tione* & qvidem longi temporis, ad exemplum rerum immobilium, qvarum servitutes accessoria sunt l. 10. ff. si serv. vind. l. 1. 2. C. de serv. & aqu. nec ad hanc opus est scientia,

entiā Domini, qvia hæc ex la-
psu temporis præsumitur l.fin. C.de Præscr.long.temp.nec titu-
lo l.10. ff. si serv. l.f. de aq. Saqv.

AD TIT. IV.

DE USUFRUCTU.

Ad Rubr.

17 Quid est Servitus
personarum?

Quando res alterius per-
sonæ alicui servit, seu ei
utilitatem præstat, in cuius
dominio non est l.1. ff. de Serv.
& hæc vel plena est, qvæ o-
mnem rei utilitatem confert,
ut ususfructus; vel minus plé-
na, ut usus, & habitatio, de
qvibus tit.5.

18 Quomodo coherent §§
bujus tituli?

Ususfructus consideratur
respectu constitutionis, vel dis-
solutionis, constitutio vero
spectatur vel in genere, qvæ
definitionem pr. b. vel in spe-
cie, ita quoq; formam §.1. quo
ad materiam §.2. dissolutio
consistit in modis §.3. & ef-
fectu §.ult.

19. Quot modis sumitur
vox ususfructus?

(1) Materialiter qvat. Domi-
nus re suā utitur, & vi dominii
fructus ex illā percipit l. 21.
§.3. ff. de exc. reijud. l.70. §.2.
ff. de fidej. l. 78. de J.D. l.58.
de V. O. qvem usumfructum
Dd. causalem vocant, qvia ex
proprietate, tanquam ex suā
causā, uti calor ex sole, fluit,
&, cum proprietate conjun-
ctus, plenam Domino potesta-
tem tribuit §.ult. b.t. l. 4. ff.
de Usufr. adcr. l.126. §.1. de V.O.
l.70. §.2. ff. de fidej. l.78. de J.D.

(2) Propriet & formaliter,
qyatenus à proprietate sepa-
ratus, §.1.b. propriam atq; spe-
cialem formam habet. Hunc
prōinde D.D. formalem vo-
cant, qvia formaliter, & per se
subsistit, adeoq; usufructua-
rius Domino in eadem re op-
ponitur §.36. de R. D. l. 25. de
V. S. l. 66. §.6. de leg.2. qvi ares
sua nemini servit l.5. ff. si u-
susfr. pet. l. 26. de S. P. U. un-
de usus.

de ususfructus impropriè dicitur esse in dominio l. 8. ff. de reb. aut. jud.

Ad pr.

20. Quomodo intelligis definitionem Ususfructus?

Dicitur Jus utendi fruendi, quatenus denotat potestatem & facultatem de jure alicui concessam, relatione habita ad illum, cui per usumfructum jus in re acquisitum est, d.l. 8. dicitur rebus alienis, quia loquimur hic de formal i ususfructu, de qvo etiam intelligenda l. 4. ff. b.t. qvi in re alienâ corporali mobili & immobili §. 1. b. l. 2. ff. eod. vel etiam in servis & jumentis, ceterisq; rebus, in quibus aliqua utendi commoditas est, consistit l. 3. §. 1. l. 28. l. 41. ff. b.t. dicitur *salvâ rerum substantiâ*, tum ut usus ab abusu distinguatur: tum, ut verum ususfructuarii officium inde declaretur l. 7. l. 8. l. 13. §. 4. l. 65. b.t. §. 38. de R. D. in eumq; finem ususfructarius cavere debet, se boni viri arbitratu usurum, &

finito usufructu proprietatem restitutorum l.i. Et t.t. ff. usufr. qm. cav. l. 7. C. ut in poss. leg. tum, ut ususfructus verus, à quasi usufructu, de qvo §. 2. distinguatur.

Ad §. 1.

21. Quomodo constituitur ususfructus?

Vel ab homine, vel à lege; Illo, vel à Domino plenæ proprietatis, adeoq; inter vivos, vel mortis causa: vel à Judice in Iudiciis divisoriis l. 16. §. 1. fam. erc. l. 6. §. 10. comm. div. qn. alteri proprietas, alteri autem ususfructus, si ita res exegerit, adjudicatur l. 6. §. 1. b.t. junge th. 16. ad §. ult. tit. sup. A lege, ita Pater habet usumfructū in bonis filii adventitiis l. 6. C. de bon. qvæ lib. §. 1. §. 2. Inst. per quas pers. Et Mater ad secunda vota transiens, in bonis, qvæ ex priori matrimonio consecuta est, tantum usumfructum retinet l. 3. §. 1. cum Auth. seq. C. de secund. Nupt. Nov. 22. c. 46. §. 2. Quomodo autem acquiratur Ususfructus vide his d. th.

V

Ad

Ad §.2.

**22. Quodnam est Objec-
tum ususfructus?**

Objectum veri ususfructus sunt res qvæ usu non consumuntur, & tunc mobiles vel immobiles, §. 2. J. b. l. 28. l. 41. ff. eod. l. 37. ff. de usu & usufr. leg. l. 3. ff. de usufr. ear. rer. modo usufructuarius ita utatur, ut substantia maneat salva pr. b. §. 38. de R. D. eò etiam pertinent vestimenta lugubria & scenica l. 15. §. 4. s. b. l. 9. §. 3. ff. usufr. qm. cap. l. 5. §. 10. ff. comm. Jus utendi fruendii autem semper præsupponit corpus, quo sublato etiam ususfructus interit l. 2. ff. b. t.

**23. Estne etiam Quasi u-
susfructus?**

Utiqve, illarum scil. rerum, qvæ usu consumuntur, qvamvis enim nec naturali ratione, qvia illarum rerum substantia utendo non manet salva, nec civili, qvia ususfructus hic non recipit separationem à proprietate, res utendo

consumitibiles recipient u-
sumfructum, attamen utilita-
tis causa, qvæ præcipuè con-
sistit in favore ultimarum vo-
luntatum l. 2. in fin. ff. de usufr.
ear. rer. Senatus quasi usum-
fructum constituit. §. 2. b. t.

**24. Quomodo hoc potest
fieri?**

Constituitur q. ususfructus non solum ultimâ voluntate, sed &, qvia objectum quasi u-
susfructus est in commercio,
conventione inter vivos l. 1. 2.
3. 8. de usufr. ear. rer. Quem-
admodum autem verus usus-
fructus non subsistit sine cor-
pore, vero, ita quasi ususfruc-
tus non subsistit sine corpo-
re ficto, hoc est sine cautione
ab usufructuario præstanta,
ut scil. finito usufructu reddat
rem ejusdem qualitatis, vel
æstimationem ejus l. 9. §. 3. ff.
usufr. qm. cap. §. 2. J. b. d. l. 1.
2. 7. l. ult. ff. de usufr. ear. rer.
nam proprietas planè abit
in proprietarium d. l. 7. Hæc
autem cautio tunc demum
est de essentia ususfructus, si à
propri-

proprietario exigatur l. 13. pr. §. 1. 2. b. l. 7. l. 9. ff. usufr. quem. cav. juncta l. 2. 4. 5. ff. de usufr. ear. rer. & tunc nec à testatore potest remitti, l. 4. C. de usufr. l. 55. ff. de leg. 1. qvia hæc remissio foret contra bonos mores, & in præjudicium heredis. Remitti tñ. potest à proprietario l. 5. de usufr. ear. rer.

Ad §. 3. & 4.

25. Quot modis finitur usufructus?

Finitur vel amittitur ususfructus, i. suo quasi fato, scil. morte usufructuarii, naturali vel civili §. 3. J. b. t. l. pen. C. b. t. cum personā enim, qvia personalis est, extinguitur l. 3. §. fin. l. 5. qvib. mod. usufr. l. 23. C. de SS. Ecc. nec obst. l. 38. §. 12. de V. O. qvia ibi duplex constituitur ususfructus. Si autem Universitati seu Collegio, qvōd semper vivere intelligitur, relinqutur, ne perpetuo sit inutilis, post centesimum annum extinguitur, & ad proprietarium redit l. 56. de Usufr. l. 8. de usufr. leg. 2. Tempore, si tempus, ad qvod

119

relictus erat, præterierit l. 1. §. 2. l. 3. qvib. m. usufr. 3. Non utendo debito modo, uti enim debet tanquam bonus Paterfam. usufructuarius §. 38. de R. D. l. 2. de aqu. cot. l. 10. l. 11. ff. quem. serv. am. 4. Non utendo per eempus consti-tutum, qvod, ad exemplum rerum immobiliarum, est lon-gi temporis, sive ususfructus sit rei mobilis sive immobilis l. pen. §. 2. C. de Usu & usufr. l. pen. C. de serv. qvia ipsum jus pro re immobilis habetur. 5. Rei interitu, vel formalī mutatione l. 36. ff. de usufr. l. 5. §. pen. l. 10. §. 7. qvib. m. usufr. am. 6. Cessione, seu consolida-tione, si Domino ab usufructuario cedatur, §. 3. b. vel si extraneo cedatur d. §. 3. l. 66. ff. de J. D. Ulp. in fr. tit 20 §. in jure. 7. Confusione, qvando usufructuarius sibi proprieta-tem acqvirit l. 27 qvib. m. u-susfr. am. d. §. 3. J. b. qvia tunc plenam in re illa incipit habe-re potestatem, h. e. plenum dominium, adeoq; ex usufruc-tu formaliter causalis §. 4. b. t.

V 2

AD

AD TIT. V.
DE USU ET HABITA-
TIONE.

Ad Rubr.

**26. Quomodo coherent §§.
buius tituli?**

Servitutes minus plenæ sunt (1) usus, qui consideratur vel respectu causæ externæ pr. vel causæ internæ, & tunc vel formalis §. 1. vel materialis, qd. est rerum immobilium d. §. 1. & §. 2. vel semoventium §. 3. & 4. (2) Habitatio, de qua §. 5. His subjicitur transitio ad sequentia §. 6.

Ad pr.

27. Quid est Usus?

Jus utendi rebus alienis ad cottidianam necessitatem salvâ earum substantiâ §. 1. b. l. 2. l. 12. § 1 ff. de usu & hab. adeoq; magis personalis est usus quam ususfructus, qvia hic deducto usu constitui non potest, potest tamen fructus esse sine usu, si nempe alii usus, alii autem ususfructus

ejusdem rei sit relictus l. 14.
§. 1 & §. ult. b. t.

Ad §. 1.

**Quomodo usus & ususfr.
inter se convenient?**

Respectu constitutionis & amissionis nulla hactenus est differentia inter hanc & superiorum servitutem, respectu effectus autem omnino differunt: Nam qui usumfructum alicujus rei habet, is percipit omnes fructus, modo salva maneat substantia, imo jus seu facultatem percipientis fructus potest alii locare & vendere l. 12. §. 2. l. 38. l. 67. ff. de ususfr. l. 66. de f. D. qui autem usum habet, is tantum pro utilitate & necessitate suæ familiæ uti, ex reliquo autem nihil percipere potest l. 12. §. 1. b. t. nec ulli alii facultatem utendi, qvæ hic nomine juris venit, potest locare, aut aliter concedere §. 1. h. qvia

Ad §. 3.

30. In quo consistit usus ser-
vi, vel iumenti?

quia usus strictâ personæ aesti-
matione censetur concessus,
nisi ex certis conjecturis, quæ
vel ex conditione personæ,
vel ex qualitate rei desumun-
tur, aliud constiterit d. l. 12.
§. 4. l. pen. ff. b. t. Contradistin-
guitur etiam usufructui,
quia hic est dividuus, usus au-
tem, quia nemo pro parte vi-
vere potest, individuus l. 19.
b. t.

Ad §. 2.

29. Quid confert usus
adiuu?

Ut ipse Usuarius eas possit
inhabitare, quos tamen præ-
terea possit in ædes illas recipere,
exponitur l. 2. cum seqq.
ff. b. t. Imò dum ipse eas inha-
bitat, inquiline potest ad-
mittere & pensionem ab ipso
accipere d. l. 2. in fin. l. 4. d. t.
aut mulier usuraria hospitem
quemcunque recipere nequit
l. 7. b. t. Proprietarius autem,
si integra domus non sit ne-
cessaria usuario, pro cætero
illâ non potest uti l. 22. §. 1. b.

V 3

Ad

Ad §. 4.

**31. In q̄o consistit usus
pecorum?**

Usus pecorum latius quid est, quam usus ovium, proinde pro vel, legendum est veluti, d.l.12. §.2. ff. b.t. Usus autem hic in eo consistit, ut ad stercoreandum agrum illis Usuariis possit uti, ut in suis praediis imponantur, quia id est stercoreare l. 14. §.1. ff. de impens. in rem dot. quia lac, agni, & lana in fructu sunt: modico tamen lacte uti usuarius non prohibetur, neque n. tam stricte interpretandæ sunt voluntates defunctorum d.l.12. §.2.

Ad §. 5.

32 Quid est habitatio?

Est jus edes alienas inhabandi salvâ earum substantiam. Inter usumfructum autem, habitationem, & usum cedum hoc interest: Qui usumfructum habet, is percipit omne emolumenntum, & pro lubitudo cedibus, modo substantia maneat salva, utitur: Habitatio ad inhabitandi commodum

restringitur, ita ta., ut is, cui habitatio competit, edes illas possit alii locare, quia habitatio estimatur à toto inhabandi proventu: §.5.b. Usus a. restringitur duntaxat ad necessitatem usuarii, unde hanc servitutem habens alii eam locare nequit, quod à Justiniano, ad ressecandum veterum dubitationes, ita compendioso responso decisum esse patet ex l. 13. C. de usufr. & hab. junctâ l. 10. ff. b. t.

Ad §. 6.

**33. Quid continetur
in § 6?**

Duplex transitio ad titulos subsequentes, quarum altera desumitur ex §.2. supr. de reb. corp. & incorp. altera ex §.11. supr. de R. D. Hactenus enim de rebus incorporalibus ex parte, de modis autem acquirendi juris gentium aliquantò plenius actum est. Jam sequitur acquisitio juris civilis, qua vel res singulæ, vel res per universitatem acquiruntur, de quibus singulis, sumto initio

initio à modis particularibus, in seqventibus, interrupto
qui sunt Usucapio, Donatio, tamen ordine, agendum est,
jus accrescendi, legatum, & fi- §. 6. b. juncto §. ult. per quas
deicommisum particolare, pers. nob. acquir.

AD TIT. VI.

DE USUCAPIONIBUS, ET LON-
GI TEMPORIS PRÆSCRI-
PTIONIBUS.

Ad Rubr.

34. Quanam est vera hu-
jus Rubricæ lectio?

Recitus inscribitur hic titulus de Usucaptionibus & longi temporis Præscriptiōnibus, qvām Possessionibus, tum, qvia possessio est præscriptionis causa pr. b. l. 3. §. 3. de A. P. l. ult. pro emt. c. sine de R. f. in 6. tum, qvia illa lectio ex aliis indubitatis locis confirmatur §. pen. per quas pers. Rubr. C. de long. temp. præscr. Et respectu effectus tamen perinde est sive legatur præscriptio, sive possessio.

35. Quomodo coherent §§.
in hoc titulo?

Usucapio consideratur in

genere pr. in specie, & tunc vel respectu materiæ, qvæ propo- nit res prohibitas privatorum §. 1. 2. mobiles §. 3. 4. 5. 6. im- mobiles §. 7. idq; declarat §. 8. fiscales §. 9. qvibus subjicitur regula §. 10. vel respectu for- mæ, qvæ reqvirit titulum §. 11. & continuatam possessionem in Successore §. 12. ubi singu- lare qvid in rebus à fisco em- tis notatur §. fin.

36. Quid est Usucapio?

Adjectio dominij per conti- nuationem possessionis temporis lege definiti l. 3. ff. b. t. Dicitur Usucapio, seu usus-authoritas, qvod per usum h. e. per possessionem, res cum effectu capiatur, seu accipiatur, l. 71. de V. S. l. 4. §. 1. b. l. 48. pr. ff. ds. A.

de A.R.D. rectius ergò appellatur Usucapio, qvam Ususcapio, ut vult Gell. l.7. noct. att. c. 10. dicitur *adjectio dominij* rectius qvam adeptio, qvia hac refertur ad ipsum effectum, possessio autem illa, per qvam Usucapio procedit, paulatim, alluvionis instar, dominium b. f. possessori per tempus adjicit, arg. d.t. l.n. C. de long. temp. poss. nec Dominus esse intelligitur, qvam diu usucapiendi tempus durat §. pen. Inst. per quas pers. §. 4. de act. additur per continuacionem possessionis, qvod tempus continuum l. un. C. de Usuc. transf. l. 31. §. 1. b. & diutinam possessionem l. 18. b. & usum non interruptum denotat l. 15. de V. S. c. 8. X. b. t. nam usuratio est ipsius usucaptionis interruptio l. 2. l. s. ff. b. r. seu interpellatio & inquietatio l. 1. C. de præscr. long. temp. Debet autem illa possessio esse justa, scil. ut quis rem usucapiendam cum opinione domini detineat l. 13. §. 1. ff. de publ. in rem. act. sine qua usu-

capió non procedit l. 25. b. t. temporis lege definiti, qvia jure civili usucapio est constituta pr. h. inde tempus usucaptioni præfinitum, dicitur tempus legitimum, qvia ex legis dispositione dependet, vel suffragium temporis l. 24. ff. de donat. inter. vir. aut constitutum tempus l. 2. C. de annat. except. l. 2. de divers. temp.

37. Quanam eſt differen‐ tia inter Uſucaptionem & Præscriptionem?

Ab interpretibus hæ voces promiscuè usurpantur, qui statuunt, jure Codicis omnem usucaptionis ac Præscriptionis differentiam ab Imper. Justiniano esse sublatam, l. un. C. de Usuc. transf. & t. t. C. de Præscript. long. temp. adeoq; voce usucaptionis etiam ipsam præscriptionem temporis includi putant arg. l. 20. C. de pact. Verum enim vero uti ex una eademq; causa potest oriri actio & exceptio arg. tit. ff. de dol. mal. juncto tit. ff. de doli except. ita ex possessione

one continuatā, seu ex usus-auctoritate, oritur Usucapio, & longi temporis præscriptio. Hæc autem inter se ita differre videntur 1. Illa est ex L.XII. tab. Hanc alii Juri Prætorio, alii constitutionibus Principum adscribunt. Sed cur non & hæc sub usus-auctoritate in L.XII. tab. continetur? 2. Illa est tantum rerum corporalium, adeoq; triennii vel decennii l. un. §. cum autem: in fin. C. de Usuc. transf. Hec autem modo longi, modo longissimi, modo immemorialis temporis, modo centum annorum est t. t. de perpet. Et temp. 3. Illa Litis C. non usurpatur vel interrum-pitur l. 2. §. fin. pro emt. l. 2. pro don. l. 18. de R. V. l. 9. §. 6. ff. ad exhib. Hæc autem omnino l. 2. l. 10. C. de præscr. long. temp. l. 26. C. de R. V. 4. Illa est acquisitio dominii, & producit rei vindicationem l. 3. ff. b. t. juncto t. t. de R. V. Hec autem est exceptio, qvā tutus est, qvi legitimè usucepit l. 11. C. de præscr. long. temp. l. 8. C.

de præscr. 30. vel 40. ann. Est autem exceptio hæc peremptoria contra priorem dominum, ex tempore legibus definito vim habens: adeoq; est species acquisitio juris securitatem tribuens possessori contrapetitorem l. 15. §. 1. ff. de cond. indeb. Auth. male fidei & l. 7. C. de præscr. long. temp. Interim ex possessione temporis lege definiti oritur R. V. d. l. 8. qvæ, an ex usucapione directa, ex præscriptione autem utilis sit, mihi non sit verosimile. De jure Canonico tamen, præscribere idem ac usurpare significare, probabile fit ex c. 1. Et 2. de Præscr. in 6.

38 Quo jure defendi potest usucapio?

Usucapio bono publico introducta est, ne qvarundam rerum, sc. à non Dominis traditarum, incerta essent dominia, l. 1. ff. b. t. & ut aliquis litium finis esset l. fin. pr. ff. pro suo. utq; damnum, qvod qvis sua culpa sentit, iurat l. 203.

X

de R. J.

de R. J. vix enim est, i. e. non multum abest, ut non videatur alienare, qvi patitur usucapi *l. 28. ff de V. S.* adeoq; ipsam Domini negligentiam lex pro alienatione accipit *l. 16. ff. de fund. dot.* tanquam si rem pro derelicto habuerit; nam negligentia in culpam incidit arg. *l. 29. ff. de fidej.* Proinde Usucapio non est juri naturali adversa; nec à gentium jure aliena, qvia causæ impellentes, jam nominatæ, ex jure gentium fluunt, nec iure divino prohibita, exemplo Jephæ *Jud. n. v. 26.* nec in Jure Canonico reprobata *t. t. X. de Prescript. c. 2. 3. de R. J. in 6.* à Romanis autem omnibus modis formata, explicata, & ad pleniorum certitudinem emendata est. Formata *l. XII. tab.* qvam à Græcis Romani acceperunt, ubi Uſus authoritas fundi biennium esto, caterarum rerum uſus annus esto. Uſus-authoritas autem nihil aliud qvam usucacionem denotat, qvod Cicero tum pro Cæcina, tum in to-

picis adprobat. Explicata & emendata autem est usucapio à JCtis, & Impp. in ff. & Cod.

Ad §. I.

39 Qvam sunt reguis sits Usucaptionis?

(I) Ut tradens sit *non Dominus*, alioquin accipiens statim fieret Dominus *§. 40. de R. D. §. pen. per quas pers.* (II) ut ex iusto titulo, h. e. ex causa ad transferendum dominium habili, tradat, *l. 3. §. 21. ff. de A.P. l. 1. & seqq. de publ. in rem. act. juncta l. 2. C. de Præscr. 30. vel. 40. ann. l. 10. §. 5. ff. de A.R.D.* titulus enim possessori causam præscribendi tribuit *c. 1. & 2. b. t. in 6.* Tōt autem sunt tituli, qvot sunt modi acquirendi dominium. *l. 3. §. 4. de A.P.* (III) *Bona fides*, qvæ est ignorantia injustæ possessionis *l. 109. de V. S. c. 5. 19. 20. X. de Prescr. junge Exam. V. th. 71.* In casu tamen, ubi summa iniqüitas b. f. possessorem afficit, scientia rei alienæ usucacionem non impedit *l. 28. ff. de nox. act.* (IV) *Res non vitiosa*, per

Ad §. 1. 2. & §. 3.

40 *Quae est qualitas rei
usucapienda?*

1. Ut sit in commercio,
quia usucapio est dominii ac-
quisitio l. 3. b. talis autem non
est liber homo l. 6. C. de in-
gen. man. l. 3. C. de long. temp.
præscr. neque res divini juris,
quia possideri neutiqvam pot-
est, l. 30. §. 1. ff. de A. P. neq; res
publicæ, vel universitatis l. 9.
45. ff. b. t.
2. Nec lege pro-
hibeatur l. 24. b. t. talis est ser-
vus fugitivus, qvia is furtum
sui domino suo facit l. 1. C. de
serv. fug. l. 60. ff. de Furt. & ita
etiam res qvævis furtiva, qvæ
L. XII. tab. & L. Attiniâ usucapi
non potest l. 33. pr. b. l. 215. de
V. S. qvia vitium furti est re-
ale, qvod ipsam rem comita-
tur l. ii. C. de A. P. l. 7. C. pro emt.
proinde potest à qvevis pos-
sessore, qvovis tempore, et-
iam non refuso pretio, vindic-
ari §. 3. b. junctâ l. 2. C. de
Furt. Verba autem L. Attiniæ
refert Gell. l. 17. c. 7. *Qvod.*
subrebitum erit ejus rei.

X 2

eterna.

æterna auctoritas. *est.* id est, rei subreptæ & furtivæ æterna auctoritas esto, nullaq; usus-auctoritate perimitur. Verbum enim *auctor* in antiquis formulis dominii assertorem significabat: aliud itaque est legis auctoritas, seu jus vindicandi, aliud autem usus-auctoritas. Longissimi tamen temporis præscriptio, ex Constitutionibus Principum, possessorem tueretur *l. 3. §. 4. C. de Prescr. 30.* vel *40. ann. l. 1. §. 1. C. de ann. except.* Eo etiam refertur res vi possessa ex L. Juliâ & Plautiâ *§. 2. b. l. 33. §. 2. ff. eod.* Sed & hic longissimi temporis præscriptio per constitutiones obtinet *l. fin. C. unde vi Auth. m. l. a. fidei C. de prescript. long. temp.* Cæterum si per vim compulsivam aliquis fundum suum distrahere coactus fuerit, & emtor illum alii vendiderit, longi temporis præscriptione tertius possessio, qvia hoc casu voluntas, ut ut coacta, titulus, & premium accessit, dominum, vel

eius heredem submovebit, *l. 3. C. de his quæ vim etiæmetusve.*

41. Quot annis Servus, quem budiè proprium hominem vocamus, libertatem usus caput?

Qui ex justo initio, h.e. bonâ fide, sine interpellatione domini, per vinginti annos in possessione libertatis moratus est, ipsi longo tempore obtenta possessio firmam præstat libertatis defensionem *l. 2. C. de long. temp. prescr. quæ prolib.* Illud autem tempus non est inter præsentes decennium aut inter absentes vicennium, uti qvibusdam, per *l. 16. §. 3. ff. qui* *& à qvib. man. placet,* sed indistincte vicennium, tum qvia in d. t. illa distinctio non occurrit, tum qvia positâ illâ dictus titulus esset superfluus, cum de longi temporis possessione sit communis titulus *33. lib. VII. Cod.* tum qvia in præscriptione libertatis non reviritur titulus, in cuius locum tempus prolixius videtur surrogatum. Qui autem

tem ex malâ fide in libertate moratus fuit, & actus libertatis sine interpellatione domini exercuit, quadraginta annis malam fidem purgasse censetur l. 4. in fin. ibi, super iuris sua. C. de præscr. 30. vel 40. ann. Sin verò in servili, ascripti- tiâ, aut talliabili, ut vocatur, conditione status sui conscius vixerit, ita ut latitet, dominioq; vindicandi facultatem præcludat, aut dominus ejus operâ non indigeat, dummodo ejus pater, filius aut cognatus, tanquam pars corporis ejus, in culturâ glebæ per manserit, præscriptione 40. ann. non liberatur l. 22. §. 1. C. de agr. Et cens. quod eò certius statuendum, qvia Jure Can. mala fides nullo tempore permittit præscriptio nem c. 2. de R. J. in 6. c. 5. Et c. 5. fin. X. b. t. sed domino oportet celeri reformatione succurri l. 14. C. d. 1. de Jure Lubecensi tamen si per annum & diem ejus civitatis, ubi illud jus viget, civis fuerit, nec libertatis controversiam

passus est, ab omni impetitio ne de cœtero tutus est. l. 1. t. 3. artic. 3.

Ad §. Sed tamen. 4. 5. & 6.

42. Quot modis potest usucatio in rebus mobili bus procedere?

1. Rem defuncto commo datam, vele ei locatam, vel aliâ sine titulo dominii ab eo possessam, & in hereditate re pertam, non potest heres ejus, qui eandem hereditariam esse putat, usucapere, qvia heres ut bonâ vel malâ fidei, ita etiam in titulo defuncti suc cessor est, nec potest vitia de functi ignoratione suâ exclu dere l. 4. C. de præscr. long. temp. l. II. §. 2. ff. de publ. in rem. act. l. II. ff. de divers. temp. præscr. l. II. C. de A. P. Si tam alii, bona fide accipienti, eandem rem vendiderit, qvin is usucapere possit, non est dubium, qvia hic nec furti vi tium, §. 4. b. sed omnia potius requisita usucaptionis adsunt, junge §. 1. b. 2. Partum an cillæ usufructuarius qvidem

usucapere non potest, si maximè bonam fidem habeat, qvia ignorantia juris in usucapione non prodest l.31. ff. b.t. juncto §.38. de R.D. sed si eum b. f. alienaverit, inde usucapionis incipit facultas l.36. cod. adeoq; accipiens potest usucapere, qvia neq; vi possessum, neq; furtivum possidet l.38. d.t. 3. Plures modi, qvos procūl dubio §.6. b. respicit, petendi sunt ex l.36. §.1. ff. b. l. 4. pr. pro leg. l.57. ff. mand. l.5. pro derel.

Ad §. Qvod autem, 7.

43. Estne facilior immobiliū ac mobiliū usucapio?

Omninò, uti enim rerum immobiliū non potest committi furtum, qvod à ferendo derivatur, §.2. de furt. ita is, qvi sine vi possessionem fundi vacantis, h. e. qvi possessore caret, l.37. ff. b.t. nam simplex domini absentia locum vacantem non facit l.6. §.1. ff. de A. P. nactus est, non potest eum usucapere, qvia scit

fundum suum non esse, nec se ex justā causā eum possidere l. ult. C. unde vi. sed is, qvi bonā fide ab eo, qvi malā fide possedit, fundum accepit, poterit eum longā possessione usucapere §.7. b.l.4. §.22. & §.28. l.33. §.2. l.37. 38. ff. b.t. Novellarum jure tamen distinguitur inter antiquum Dominum ignorantem, & scientem, ita ut hic demum longi, ille autem longissimi temporis præscriptione excludatur Nov. u9. c.7.

Ad §. Aliqvando, 8.

**44. Quomodo alias vi-
tium rei usucapiende
purgatur?**

Si res furtiva vel vi possessa in domini, non ejus cui surrepta est, potestatem redierit, l.4. §.6. b.t. h.e. si dominus eam tanquam suam receperit, ita ut ei amplius avelli nequeat l.4. §.12. b.t. vel si dominus estimationem litis acceperit, vel si furi eam vendiderit, l.84. de Furt. l.4. §.13. l.32. ff. b.t. Quid si dominus tanquam debitor

debitor surripuerit creditori pignus, proceditne hoc casu usucapio emtori? Hoc Affirm. Sabiniani d. l. 4. §. 21. l. 5. ff. pro emt. Negant autem Proculleani l. si quid fin. b. & horum sententia prævaluit l. 6. C. pro emt. Alii distingvunt inter rem debitoris propriam & alienam.

Ad §. 9.

45. Quid juris circa bona fiscalia?

Res fisci, *tum* ne Princeps per usucaptionem damnum capiat, *tum* qvia non sunt res singulorum, usucapi non possunt l. 18. l. 24. b. t. Res autem vacantes seu caducæ, qvæ successorem legitimum non habent, l. 4. C. de bon. vac. sed aliquâ ex causa in fiscum cadunt l. 3. ff. de his qvæ in testam. del. l. 9. ff. de SC. Silan. fisco tamen nondum nunciatæ, quadriennio usucapiuntur l. 1. C. de qua. prescript.

Ad §. Novissimè, 10.

46. Quanam est regulæ generalis circa objectum?

Nec traditio, nec titulus, nec bona fides, ad usucaptionem sufficient, ubi res usucapienda in se vitium, vel ex persona, vel ex re habet l. 24. ff. b. t. junctâ l. 10. b. t.

Ad §. Error, II.

47. Causa seu titulus usucaptionis qualis esse debet?

Non tantum justa, l. ult. C. de usuc. pro her. sed insuper nee erronea, error enim falsæ causæ usucaptionem non parit §. 11. b. qvia nemo sibi ipsi causam possessionis potest mutare l. 33. §. 1. ff. b. t. l. 2. §. 1. ff. pro her. Nec refert sive sit error juris l. 31. b. t. sive facti proprii l. 27. ff. b. nisi causa erroris justa sit l. 2. §. 15. l. 11. pro emt. l. 48. b. t. tunc enim is usucapit pro suo l. ult. ff. pro suo. Error autem facti alieni usucaptioni haud nocet l. 11. ff. pro emt.

48. An is qui dubitat possit usucapere?

Non, qvia is qui ab initio dubitat non est bona fidei posse-

possessor, adeoq; facilè res in
vitium furti caderet l. i. 4. 6.
7. C. pro emt. c. s. & c. ult. X. de
præscr. in dubio autem bona
fides præsumitur. l. 17. C. de
R. V.

Ad §. Diutina, 12.

4). Qvomodo heredi usu-
cipientis continuatur
possessio?

Qvoniam heres personam
defuncti in omnibus, qvæ ju-
ris sunt, repræsentat l. 62. de R.
J. juncta l. 48. §. 1. ff. de A.R.D.
l. ii. ff. de divers. temp. præscr.
non sine æquitatis ratione re-
ceptum est, ut omnino possit
auctoris sui jure util. l. 14. ff. d.t.
Si itaq; usucipientis defuncti
possessio fuerit justa, hæc sine
omni exceptione prodesse
potest successori, & sic optimâ
ratione continuari l. 20.
ff. b. juncta l. 13. §. 4. ff. de A.P.
& hoc adeò verum est, ut nec
mala fides superveniens, l. 15.
§. 2. ff. b. t. nec mala fides he-
redis, usucaptioni de jure civili
obsit l. 43. b. l. 2. §. 19. ff. pro
emt. qvamvis de jure canonici-

co bona fides semper reqvira-
tur c.s. &c. fin. X. b. t. Si autem
possessio defuncti malâ fide
cœpta sit, heredi bona fides
non prodest, nam si initium
usucaptionis fuerit vitiosum,
bona fides superveniens vi-
tium illud non purgat. arg.
l. fin. C. de lung. temp. poff.

50. Sed quid juris est in
Successoribus singu-
laribus?

Emtores, donatarii, lega-
tarii, & qui præterea speciali
titulo suos laudant authores,
qvamvis magis facti qvam ju-
ris successores sint, arg. l. 13.
§. 4. l. 23. l. 30. §. 5. ff. de A.P.
attamen Rescripto speciali Se-
veri & Antonini idem in his-
ce, æquitatis intuitu, ut pos-
sessio illis continuetur, con-
stitutum patet §. 12. in fin. ad-
eoq; emtor, venditori suc-
census, accessione temporis uti-
tur l. 14. ff. b. l. 2. §. pen. ff. pro
emt. semper tamen reqviri-
tur bona fides l. 2. §. 17. & pen.
ff. pro emt. Imò specialis Suc-
cessor, dum habet bonam fi-
dem

dem, à se ipso potest inchoare possessionem, ut ut auctor eius fuerit in malâ fide l.s. ff. de divers. temp. junge §. 4. b.t.

Ad §. fin.

51. Qvomodo res à fisco accepta usucapiuntur?

Qyoniam ærarii & fisci eadem hodiè ratio est, res fisci intelliguntur bona Principis qvæ Princeps, qvæ haec tenus à bonis patrimonialibus Principis distingvuntur. In illis tamen rebus usucapiendis triplex jus proponitur i. Ex Edicto D. Marci, quo emtor adversus Dominum quinqven-

173
nio defendebatur l. ult. C. si advers. fisc. 2. Ex constitutiōne Zenonis, ex qvâ emtor rei fiscalis statim sit dominus, ne fides hastæ fiscalis convellatur, sed fiscus ipsi domino intra quadriennium teneatur l. 2. C. de quad. prescr. 3. Ex constitutione Imperatoris Justiniani, qvæ constitutiōne Zenonis ad substantiam Principis privatam, & ad Augustæ donum produxit, ut accipiens statim sit securus, dominus autem quadriennii præscriptione excludatur l. 4. C. de quad. prescr.

AD TIT. VII.

DE DONATIONIBUS.

Ad Rubr.

52. Quid est Donatio?

Donatio, q.doniatio l.35. §. 1. ff. de mort. caus. don. à donando rectè derivatur l.194. de V.S. & qvoque munus, licet verbum hoc latius sit, dicitur l.214. Et 18. d. t. modo ipsam denotat materiam l. 4. ff. b. modo autem actum do-

nandi l. 1. Et passim b. Et, qvod ad hanc significationem attinet, definitur: *Actus quo quis gratuitò & nullo cogente rem suam in aliquem confert* l. 29. b.t. l. 82. de R. f. d. l. 214.

53. Qvomodo Donatio est modus acquirendi juris civilis?

Factum qvidem donandi,
Y seu

seu merum liberalitatis exercitium, ante jus civile fuit, & ex Gentium jure, ex quo sunt dominia distincta, originem sumit; imò & traditio, per quam transfertur dominium, adeoq; modus acqvirendi ejusdem juris est §. 40. de R.D. Qvatenus autem Romani res suas titulo donationis ad peregrinos transferre non possunt, & donatio olim insinuationem apud acta, & mancipationem ad valorem sui reqvirebat l. 4. s. 7. C. Tb. b. t. junge §. 2. b. t. eatenus de jure civili formalata est l. 35. §. 5. C. h. t. junct. l. 6. ff. de J. & J. Qvod ex donatione mortis causa, de quā etiam ideo primo loco egit §. 1. b. & ex donatione propter nuptias, expresē liqvet §. 3. b. itaque juris civilis esse donationem patet ex §. fin. ff. dellsu & hab. Dicendum proinde qvod donatio, in genere & materialiter considerata, sit juris gentium: formaliter autem est juris civilis, qvia à jure civili fuit informata l. 25. 27. 30. 34. C. b. t.

54 *Qvomodo cōbarent
§§. hujus tituli?*

Donatio proponitur in pr. declaratur autem in speciebus, qvarum alia mortis causa, de quā §. 1. vel inter vivos, quæ simplex §. 2. vel ob causam nuptiarum §. 3. donacioni autem subjicitur tertius acqvirendi modus, nempe jus accrescendi in servo communi §. 4.

Ad pr.

55 *Qvomodo donatio potest esse acquisitio dominii,
cum sapius per conventionem fiat?*

Qvatenus fit per traditionem est modus acqvirendi dominium, & eatenus de eâ hinc principaliter tractatur, ita non tantum in donatione inter vivos simplici, qvatenus per traditionem fit, quæ propriè donatio appellatur l. 1. b. t. transfertur dominium, verum etiam in donatione mortis causa, quæ effectus intuitu legatis est comparata §. 1. b.

§. 1. b. l. fin. C. de mort. caus. *odon. junctâ l. 64. de furt. l. 80. de leg. 2. & ideo, utut aliâs re-vocabilis, tamen à morte te-statoris, ad exemplum lega-torum, plenas vires capit, l. 2. ff. de publ. in rem act.* Dona-tio etiam propter nuptias di-sertè ab Imperatore Justinia-no inter modos acqvirendi refertur §. 3. b. unde etiam re-spectu hujus donationis com-petit mulieri actio in rem Nov. 61. c. 1. auth. permissa C. de don. ante nupt. auth. sive à me C. ad SC. Vell. Qvatenus autem donatio fit per conventionem, est modus acqvirendi obliga-tionem, de qvâ plenius §. 2. b.

Ad §. 1.

56. Quomodo fit mortis causa donatio?

Tripli-citer, vel quis sine me-tu periculi, sola cogitatione mortalitatis, donat; vel ob periculum aliquod immi-nens, ita donat, ut statim acci-pientis fiat; vel si quis, peri-culo commotus, non sic dat ut statim accipientis fiat, sed

178

tunc demum, cum mors fue-rit insecura l. 2. l. 35. §. 4. ff. de mort. caus. don. de eo autem solo, qvod mortis mentio in donatione facta, vel qvod in eventum mortis dilatus sit ef-fectus, non statim esse videtur mortis causa donatio, qvia sâ-pè mors est causa donationis, ubi tamen non est mortis cau-sa donatio l. 27. l. 42. §. fin. ff. d. t. Uti autem hæc non in-diget insinuatione, ita tamen qvinqye testibus præsentibus debet fieri, ut sortiatur effe-csus ultimæ voluntatis l. fin. C. d. t. Notanda interim inter mortis causa donationem, & qvæ mortis causa quis capit, differentia l. 38. ff. b. t.

57 Quot modis irrita fit bæc donatio?

Tribus, (1) si supervixerit, & periculum evaserit, is qui do-navit, (2) si eum donationis pœnituisse, nam irrevocabi-lis donatio inter vivos potius facta censemur d. l. 27. & (3) si prior decesserit is cui dona-tum est §. 1. Inß. l. 16. 35. §. 4. d. t.

Y 2

58. Qvâ

58. Qvaratione hac dona-
tio ad exemplum legato-
rum est redacta?

Conveniunt (1) ratione effec-
tus, ita, respectu actionum,
ex nullâ parte absimilis est le-
gatis l. fin. C. b. (2) Hæc et-
iam morte demum plenè
confirmatur arg. l. 4. ff. de ad-
emt. leg. d. l. 27. ff. b. t. (3)
Ipso jure quoque post mor-
tem donatoris, utut traditio
præcesserit d. l. 38. l. 42. b. l. 9.
§. 5. de A. R. D. transfert do-
minium l. 1. in fin. §. l. seq. ff.
de publ. in rem. & (4) qvarta
falcidia, ubi opus est, detrahi-
tur l. 5. C. adl. Falc. (5) à do-
natario potest etiam aliquid
mortis causa relinqui l. 9. C.
de fideic. (6) Ipsi insuper æqvæ
ac legatario potest substitui
l. 1. C. b. t. (7) Ubiqve s. te-
stes reqviruntur l. fin. C. b. (8)
Inter plures donatarios jus
accrescendi etiam locum ha-
bet l. un. §. 14. C. de cad. toll.
jungel. 7. C. b. §. l. 18. ff. de bon.
poss. contr. tab. Differunt ta-
men l. qvod legatum præste-

tur ab herede, donatio m. c.
à donante, 2. donatio hæc non
confertur in ignorantem ut
legatum l. 38. ff. b. 3. Dona-
tio hæc non aditâ hereditate
non valet, secus ac legatum
l. 1. ff. de injust. rupt. 4. Do-
natio m. c. revocatur cessante
periculo, secus ac legatum
§. 1. b. l. 19. ff. de R. C.

Ad §. 2.

59. Qvomodo perficitur
donatio simplex?

Qvando res, nullo jure co-
gente, alicui sine mortis cogita-
tione inter vivos concedi-
tur, qvod fit, 1. Traditione, &
sic est modus transferendi do-
minium l. 1. §. 1. de Off. Proc.
Cas. §. 40. de R. D. inde parit
actionem in rem l. 2. ff. de publ.
in rem. act. 2. Stipulatione,
& tunc producit verborum
obligationem, qvæ mater est
condictionis certi, vel actio-
nis ex stipulatu pr. Inst. de V. O.
3. Pacto, qvod utut de jure Pan-
dectaruin sit nudum, de jure
Codicis tamen parit condic-
tionem ex §. 2. b. l. 35. C. eadem.

Nob.

61. Quomodo bac donatio revocatur?

Ob donatarii ingratitudinem, uti enim donatarius ad ~~aridweg~~ i.e. remunerationes obligatus est, utut sine ulla juris necessitate, donatori l. 25. §. 11. ff. de pet. hered. ita propter quinque causas, in l. ult. C. de revoc. donat. expressas, tanquam ingratus donatione privatur. Imò etiam propter supervenientiam liborum, quod praxis ex interpretatione l. 8. C. d. t. adprobat, & si liberi legitimam habere nequeant, donatio in officiosa ad legitimam usque revocatur. l. 25. 8. C. de inoff. donat.

Ad §. 3.

62. Quanam est donatio inter vivos ob causam?

Illa est vel propter causam præteritam, uti donatio remuneratoria, quæ est merces beneficii præstiti l. 27. ff. b. t. unde permutationis genus esse perhibetur d. l. 25. §. 11. l. 34. in fin. b. l. 12. pr. ff. mand. vel propter causam futuram, quæ

Y 3

olim

Nov. 162. juncta l. un. ff. de cond. ex lege. per has enim actiones traditionis necessitas incumbit donatori d. §. 2. qui tam en, dummodo dolus absit, non tenetur de evictione l. 18. ff. b. nec ultra quam facere potest §. 38. I. de act.

**60. Quæ est hujus donatio-
nis solennitas?**

Si quingentos solidos, h. e. aureos ungarios, excedat, quatenus illam quantitatem ampliavit, insinuationem, i.e. publicationem & relationem ad acta, requirit l. 34. §. 1. l. 35. §. ult. C. b. Nov. 162. c. 1. §. 2. tum propter probationis facilitatem, tum propter Magistratus auctoritatem, ne quis re sua prodigaliter utatur d. l. 34. pr. §. 1. C. b. nisi donatio facta sit pro redimendis captivis, vel ob collapsam domum restaurandam, vel à Magistro militum in milites, vel à Principe in privatum, vel à privato in Principem, l. 34. l. 36. C. b. l. 19. C. de SS. Eccl. Nov. 52. c. 2,

olim dicebatur ante nuptias, qvia originaliter tantum ante nuptias, ex Constit. Constantini fieri poterat *l. 15. C. de don. ant. nupt.* ex Constitutione Justini tamen constante matrimonio etiam potest augeri *l. 19. C. d. t.* Ex constitut. Justiniani autem dicitur propter nuptias, qvia stante matrimonio potest constitui & augeri, *l. pen. ult. C. d. t.* appellatur autem compensatio dotis, contraria dos, nuptiale remedium, & levamentum dotis, qvia doti & in quantitate, & in pactis de lucro, debet exæquari *Nov. 42. c. 2. Nov. 97. c. 1.* unde *Auth. æqualitas C. de Pacz. convent.* qvæ derogat *l. 19. C. d. t.* Dominium tamen ejus in uxorem non transit, *Nov. 61. c. 1. l. 29. C. de J. D. & Auth. seq. C. de J. D.* ubi vindicationis verbum latè, pro qvavis actione in rem sumitur, arg. *l. 23. de leg. 3. §. 15. J. de act.* qvia hypothecam tantum habet, nec fructus ad eam pertinent, qvia maritus sustinet, loco fructuum ex dote, onera matrimo-

nii arg. *l. 20. C. de J. D. l. 1. l. 56. §. 1. ff. eod.* Hodiè hæ donationes ex usu recesserunt, nisi qvod inter Illustres & Nobiles sæpi mulieri constituatur dotalitum aliquod, Germ Leibgeding / vel Leibzucht.

Ad §. 4.

63. Quale hic est jus accrescendi?

Non qvod ex ultimâ voluntate, de qvo §. 8. de leg. sed qvod ex manumissione servi communis provenit. Servus enim communis duorum, ex manumissione unius domini, nihil consequebatur, qvia libertas erat individua *l. 9. l. 30. ff. de lib. caus.* Qvod Justinianus favore libertatis immutavit, constituitq; dominum inhumaniores portionis suæ pretium, qvod definivit *l. 1. §. 5. C. de comm. serv. man.* invitum accipere debeare, vel experiri, ut oblatū per publicas personas, in æde sacra deponatur *d. l. 1. §. 2. C. d. t.* qvod in privilegiū libertatis, contra jus commune, receptum est, *l. 11. C. de contr. emt.*

AD

AD TIT. VIII.
QVIBUS ALIENARE LICET
VEL NON.

Ad Rubr.

64. Quid est alienare?

Alienare hic idem est ac alienum facere, & dominum transferre, *l. i. C. de fund. dot.* & ita etiam hypothecam, cuius effectus est distractio, complectitur *l. ult. C. de reb. al. non al.* definitur ergo alienatio, *omnis actus per quem dominium in aliquem transfertur d. l. i. l. 28. §l. 67. de V. S. l. 8. §. 2. ff. de alien. jud. mut. l. 4. C. de præd. min.*

65. Quomodo coherent

§§. in h t?

Proponuntur in hoc titulo Paradoxa, quatenus quidam qui dominus est, propter rei qualitatem, eam alienare non potest pr. & quidam qui dominus non est, rem alienare potest §. 1. quidam autem propter personæ conditio nem alienare nequit §. 2.

66. Quid in h t. præprimis notandum?

Quod duæ hic proponantur regulæ, & harum exceptiones. I. Dominus rem suam potest alienare *l. 21. C. mand. §. 40. de R. D. §. 5. tit. seq. l. 2. ff. §. 1 à par. quis man. l. 7. C. de rel. & sumt. fun.* Quidam tamen qui est dominus rem suam non potest alienare, de quo pr. & §. 2. II. Qui non est dominus, non potest rem alienare *l. 3. l. 14. C. de R. V.* quia nemo plus juris in alium transferre potest, quam ipse habet *c. nemo de J. R. in 6. l. 20. ff. de A. R. D.* Quidam tamen qui non est dominus potest dominium transferre §. 1 b.

Ad pr.

67. Quomodo maritus est dominus dotis?

Uxor quidem rei in dotem datæ dominium naturale retinet *l. pen. C. de J. D. & ejus,* licet

licet in bonis mariti sit, esse
dicitur l. 75. ff. eod. l. 7. ff. de
pact. dotal. unde etiam com-
moda, quæ non sunt in fructu,
l. 4. l. 10. §. 1. ff. de J. D. & peri-
cula, nisi res æstimata data sit
l. 69. §. 8. d. 1. l. 51. ff. sol. matr. ad
eam pertinent, d. l. 10. pr. l. 36.
d. 1. cum & soluto matrimonio
nino eam pleno jure vindicare
possit t. t. sol. matr. d. l. pen. C.
de J. D. velut suum patrimo-
nium l. 3. §. 5. ff. de min. l. 16.
de rel. & sumt. fun. Dominium
tamen civile ipso jure
ad maritum transfertur d. l.
75. l. 13. §. 2. ff. de fund. dot.
quod nec ipsi invito afferri
potest l. 23. C. de J. D. Inde
maritus omnes lucratur rei
dotalis fructus, tam natura-
les, quam civiles l. 7. l. 10. ff.
l. 20. C. d. t. quamvis hi pro-
priè non sint in fructu l. 121. de
V. S. inde etiam marito rei in
dotem datae vindicatio com-
petit l. 11. C. d. t. junctâ l. 27.
§. 2. ff. de aur. & arg. l. 9. C. de R.
V. hoc tamen dominium est
limitatum & revocabile, ad-
eoq; secundum actus quos-

dam administratorios tan-
tum intelligendum d. l. pen.
itaque maritus culpar & dili-
gentiam præstat l. 18. §. 1. l. 66.
pr. ff. sol. matr.

**68. Quid proinde circa ali-
enationem rei dotalis
notandum est?**

Maritus prædium dotale in
dotem acceptum, sive sit ru-
sticum, sive urbanum, L. Julianæ
alienare prohibetur, etiamsi
mulier consentiat l. 1. l. 13. &
t. t. de fund. dot. Ex Constitu-
tione Justiniani autem, qui
nimium quantum de mulierum
periculo sollicitus fuit,
illa prohibitio eò extenditur,
ut nec valeat alienatio, etiamsi
mulier consentiat l. un. §.
ult. C. de R. II. A. dummodo
res illa sit inæstimata data, vel
æstimatio in eum duntaxat
finem facta, ut sciatur quan-
tum soluto matrimonio red-
dendum, & quæ deterioratio-
nis habenda sit ratio l. 21. C. de
J. D. quæ DD. dicitur æstima-
tio taxationis. Quando au-
tem fundus est æstimato in
dotem

dotem datus, & estimatioq; illa, venditionis causa facta, ejus dominium jure perpetuo in maritum transit, & uti periculum rei sustinet, ita etiam alienandi potestatem habet d.l.un. §.9. §§.15. C.de R.U. A.l.12. §.1. ff.l.5. 10. C.de J.D. Sic etiam alienatio valet, si semel atq; iterum mulier consentiat & maritus solvendo sit Nov. 61. c.1. Atque sic res mobiles dotales, præsertim si non fuerint pretiosæ, maritus alienare potest l.3. C.de J.D. l.3. §.2. ff. de suis leg. her. l.1. C.de serv. pig. dat. Qvod autem hic dicitur de marito, idem etiam refertur ad sponsum l.4. ff. defund. dot. d.l.un. §.27. 29. C.de R.U.A.

69. Quomodo res dotalis ad uxorem reddit?

Qyoniam res dotalis ab initio uxoris fuit, & naturali jure in ejus permanxit dominio, secundum subtilitatem legum autem ad mariti substantiam pervenisse videtur, (1) Uxor, si prædium alienet ma-

ritus, qvia alienatio illa ipso jure nulla est pr. b. rei vindicationem habet l.3. C.de R.V. qvæ etiam in oppignoratione à marito facta obtinet; pr. b. d.l.un. adeoq; (2) mulieri, si maritus ad inopiam deductus, parum idoneus factus sit, etiam constante matrimonio, ita tamen, ut prohibita alienandi potestate, fructus ad sustentationē matrimonii convertantur, actione in rem, vel hypothecariā plenissimè consulitur l.29. §.30. C.de J.D. (3) Si autem dissolutum fuerit matrimonium, mulier, sive res sit immobilis, sive mobilis, sive se movens, & tunc sive & stimata sive in& stimata, illam habet prærogativam, ut omnibus creditoribus, etiam anterioribus, præferatur, adeoq; rem dotaalem repetere potest rei vindicatione, vel hypothecariā, vel ex stipulatu actione §.29. J.de act. d.l.un. & l.30. qvæ septies in novo Consistorio Palatii Justiniani recitata dicitur, C.de J.D. Imò pro rebus ex dotali pecunia

Z

cunia emtis, utilem habet rei vindicationem l. 54. ff. d. t.

C. de distr. pign. l. fin. §. 1. C. de jur. dom. imp. Si 3. pactum ubi verbum videtur utilem de non alienando sit adjectum, qvia hac conventione pignoris caussa redderetur inutilis, pactum quidem in effectu pro non adjecto habetur, hoc tamen operatur, ut post trinam denunciationem ad distractionem usque bienium sit expectandum l. 4. ff. de pign. act. l. 73. de furt.

Ad §. 1.

70. Quomodo Creditor potest pignus alienare?

Qvoniā Creditori in hunc finem pignus traditur, ut, debitore non solvente, illud distrahere, jusq; suum ex eqvi l. 1. ff. de reb. eor qui. & ex distracto pignore suum consequi possit l. 7. l. 9. l. 11. C. de distr. pign. alienatio pignoris ipsi permissa est l. 13. Et. t. de distr. pign. Qvoties itaque i. pactum de alienando pignore additum est, illi pacto, nisi sit contra bonos mores l. fin. C. de pact. pign. sine denunciatione standum est l. ult. §. 1. C. de jur. dom. impetr. l. 12. C. de coner. Stip. Si autem i. de distrahendo nullum pactum sit adjectum, una denuntatio, vel judicialis sententia cum bienii lapsu, ex quo attestatio missa, ad distractio nem pignoris reqviritur l. fin,

71. Sed quid si Creditor voluerit dominium pignoris impetrare?

Observare debet ordinem in d. l. ult. C. de jur. dom. impetr. præscriptum. Hodiè tamen, & quidem ex Stylo curiæ Ducatus Mechlenburgici, factâ immissione, & per Commissarios æstimatione, per Executorem adjudicatio decernitur, qvæ hactenus dominium rei taxatae creditorib; tribuit, & jus hypothecæ, qvod aliis fortean antiquius vel potius habet, tollit, ad eoq; qvod nostrum est sine facto nostro, nobis etiam invitatis, &

tis, & ignorantibus, contra
jus commune l. 12. ff. de R. J.
nisi justa causa restitutionem
in integrum indulget, auf-
fertur. Hujus autem juris a-
qvitas esse videtur, qvod cre-
ditor nulli faciat injuriam qui
sibi vigilat, & qui suum, ante-
qvam bona debitoris à Cre-
ditoribus possideantur, reci-
pit, l. 6. §. 7. ff. que in fr. cred.
qvia qvisque vigilando cau-
sam suam potest meliorem
facere l. 24. d. t. Neqve is,
qui sibi vigilavit, damnum
sentire debet l. 3. ff. de separ.
neqve is, qui negligens est, lu-
crum sperare d. l. 24. l. 6. §. 2.
ff. de reb. auth. Jud. poss. cum
& aliás, qvod judex alicui ad-
judicat, ejus fiat, §. ult. J. de
off. Jud.

Ad §. 2.

**72. Qvomodo ex persona
alienantis conditione alic-
natio prohibetur?**

Non sufficit alienantem
esse dominum, sed opus insu-
per est, ut plena & libera ipsi
permissa sit bonorum admi-

nistratio, qvæ cessat in pupil-
lo tutorem, §. 2. in pr. & fin. b.
l. 9. de auct. tut. & in minore,
l. 3. C. de rest. in integr. min. &
in prodigo furioso curato-
rem habente l. 6. ff. de O. & A.
uti itaque mutui datio est spe-
cies alienationis pr. & §. 2.
Inst. qvib. m. re contr. l. 16. l.
pen. ff. de R. C. pupilus mutu-
um dando non contrahit ob-
ligationem, nec transfert do-
minium, imo ne quidem pos-
sessionem l. u. ff. de A.R. D. l. 2.
ff. de R. C. Qvia tamen abu-
sivè mutuum datum dicitur,
§. 2. b. & res qvovis modo ab
aliquo detinetur, rei vindica-
tio competit l. 9. de R. V. l. 29.
de A.P.

**73. Sed qvid si nummi
consumti sint?**

Si accipiens ignoravit, eum,
qui creditit, fuisse pupillum,
pecuniam creditam consum-
sive, is qui dedit condictionem
habet, tanquam ex mutuo
l. u. §. ult. l. 12. & 19. §. 1. ff. de
R. C. ex bonâ enim fide hoc
mutuum convalescit dd. u.
ad eoq;

Z 2

adeoq; mutuum, qvod ab initio erat nullum, ex post facto convalescit l.13. §.1. ff. d.t. hæc proinde conductio potius est ex consumtione, qvam ex numeratione, arg. l.29. ff. de pos. Si autem debitor conditionem creditoris scivit, & ita in malâ fide fuit, datur contra eum, si quoq; modo possideat, vel dolo possidere desierit, actio ad exhibendum, qvâ totum conseqvi potest, qvod suâ interest l.3. §.ult. l.9. pr. ff. ad exhib. juncto §.3. I. de off. jud. datur etiam conditio furtiva l.16. & l. ult. ff. de cond. furt. §.26. de R. D. permittitur insuper rei petitæ estimatio, ut possessor ex jure jurando damnetur d.l.3. §.2.

74 Quomodo Creditor pupilli vel minoris potest int̄o solvere?

Si debtor ex foeneratitiâ forsitan cautione solutionem facere desiderat, tutoris auctoritate & minoris consensu, ita tamen, ut prius sententia judicialis sine omni danno celebrata hoc permiserit, id

facere debet, ut causam hanc plenissima securitas seqvatur, nec in posterum inquietetur debitor l. 25. C. de adm. tut. Si autem sine decreto vel judiciali sententia solverit debitor, pupillô restitutio in integrum, si læsus fuerit, competit, l. i. C. si. advers. sol. juncta l. i. C. si. tut. vel Cur. ast si pecunia extet, vel pupillus aut minor factus sit locupletior, debitor conventus exceptione doli defenditur l.57. l. 173. §.ult. &l. 203. ff. de R. J. l. 15. 47. §. i. ff. de solut. juncta l.5. pr. &§. i. ff. de auct. Tut. Pupillus autem solvere creditori suo nequit, l. i. §. fin. ff. de min. sed si nummi extent datur rei vindicatio l.14. §.ult. ff. de sol. sin a. consumti sint, pupillo utiq; acqviritur liberatio, modo ex justâ obligatio- ne debeantur l.19. §.i. de R. C. d. l. 14. §.ult. l.9. §.2. de auct. tut. adeoq; in favorem pupilli solutio hæc, qvæ stricto jure invalida erat, ad liberationem ejus proficit d.l.14. l.29. ff. de cond. indeb. ne pupillus damno afficiatur.

AD

AD TIT. IX.

PER QVAS PERSONAS NO-
BIS ACQVIRITUR.

Ad Rubr.

75. *Quomodo cobarent**§§. in hoc tit.?*

Prinципium hoc desumtum est *ex l. 10. ff. de A.R.D.* ex quo paragraphorum subsequentium ordo desumitur. Persona enim acqvirens vel immediatè sibi per semetipsam acqvirit, vel mediariè per alios, de qvibus agitur in genere pr. in Specie autem & declarativè, qvatenuis personæ acqvirentes sunt subjectæ vel extraneæ: *Illa* vel sunt in potestate patriâ §. 1. & 2. vel dominicâ, & sic servi proprii §. 3. vel alieni §. 4. *Hæ*, sc. extranæ, sunt procuratores §. 5. qvibus subjicitur subsequentium titulorum contextus §. ult.

Ad §. 1.

76 *Quomodo per liberos in
potestate P. constitutos
acquiritur?*

Jure veteri, omnia indistin-

ctè Patri, propter vinculum P.P. excepto tam en castrensi vel q. castrensi peculio, qvod filiusf. industria suâ in militiâ sagata vel rogata acqvisivit, in qvibus pater nihil juris habet *l. 10. ff. de pec. castr. l. 3. C. eod. l. 2. C. ad SC. Maced. l. fin. C. de inoff. testam.* acqvirebant,, ita ut plenum in patrem transiret dominium *l. 79. de A.H. l. fin. C. de usuf.* Hoc autem inhumanum Imperatori Justiniano visum est, proinde ut in peculio profectio, qvod ex Patris re, vel ex Patris occasione profectum est, antiquum jus patri maneat illibatum. In peculio autem adventitio, qvod ex aliâ causâ filiusf. acqvisivit, filius habeat proprietatem, pater autem regulariter usumfructum *l. 6. C. de bon. qvæ liber.*

77. *Potestne quoddam pe-
culium adventitium filius-
fam pleno jure habere?*

Z 3

Omnino,

Omnino, & quidem 1. Qvando Pater filio usum fr. re-
misit l. 6. C. de bon. quæ lib. 2. Si nolente Patre filius heredi-
tatem sibi relictam adierit
l. ult. C. d. t. 3. Si is, qui filio-
fam. aliquid concessit, vete-
rit, ne ad patrem ejus ususfru-
ctus pertineat Nov. 117. c. 1. 4.
Si Pater cum filiof. præ defun-
cto suo filio simul succedat,
tunc enim nullum usum ex fi-
lii portione sibi penitus vindic-
care valet Nov. 118. c. 2. 5. qvod
filio, divortii causa à Patre te-
marè facti, debetur ex Nov. 134.
c. 11. 6. Qvod liberis ob incestas
patris nuptias datur Nov. 12. c. 2.
7. Qvando filio ususfruct' reli-
ctus est. 8. Qvando Imperator
filiof. aliquid donavit l. 7. C. d. t.

78. *Qvomodo definitur
et dividitur peculium?*

Peculium est universitas ejus
qvod filius. vel servus à patris
vel domini rationibus sepa-
ratum habet. ve est Patrimonium
filij fam. vel servi. §. 10. de act.
Est autem peculium aliud
Servi, aliud Filiifam. & hoc vel
Paganicum vel Militare. Illud

vel profectitium vel adventi-
tium, qvod iterum minus ple-
num, & regulare, vel plenum,
ubi pater non habet usumfru-
ctum. *Hoc Castrense in mi-*
litiâ armatâ quæ situm, vel q.
castrense qvod filius f. ex pro
fessione, aut advocaturâ ha-
bet l. 4. C. de adv. div. jud. jun-
citâ l. 7. C. de Affess.

Ad §. hoc quoque. 2.

79. *Qvid si filius f. sit
emancipatus?*

Liberi emancipati omnia
sibi acquirunt; Pater tamen
emancipans, quasi proprietio
emancipationis, olim retine-
bat tertiam peculii adventitii
partem, hodiè duntaxat, ex
Constitutione Justiniani, di-
midiam partem ususfructus
ad tempus vita habet l. 6. §. 3.
C. de bon. quæ lib.

Ad §. 3.

80. *Qvid alicui per servos
proprios acquiritur?*

Qyoniam servi sunt in po-
testate dominorum, & nihil
suum habere possunt, inde
non sibi, sed dominis, ex quâ-
cunque etiam causâ id fieri
possit,

possit, ipso jure acquirunt, possessoris vel ex suis operis idq; non tantum scientibus, acquirunt, ipsis adjicitur: sed & ignorantibus & invitatis qvod autem extra illas duas causas acquirunt, id vel ad dominum proprietatis pertinet, d. l. 10. ff. de A.R.D. l. 1. in fn. si servus, vel ad ipsum acquirerentem si liber fuerit l. 21. 22. ff. C.b.t. excipitur tamen hereditas, quam servus domino, de usufr. l. 23. ff. de A.R.D. diff. nisi ejus jussu adeat, non acquirit, ne dominum heredem faciendo aliis obliget, & hereditariis oneribus subjiciat d. l. tamen Proculns in l. 21. d. t. Si 10. §. l. l. 25. §. 4. de A.H. juncta l. 3. C. de pact. Et l. 8. §. 1. ff. autem b. f. possessor usuciperit servum, ex omnibus causis, quia usus-auctoritate ejus dominus factus est, per eum sibi acquirit §. 4. b. Is servus modo justa sit arg. l. 24. de A.P. etiam ignorantii domino acquiritur l. 1. §. 5. l. 3. §. 12. d. t. quia possessio etiam aliquid juris habet l. 49. §. 1. d. t. Inde ignorantii domino, per hanc possessionem, usucatio procedit d. l. 24.

Ad §. 4.

81. Quemodo alicui per servos acquiritur in quibus babet usumfructum, vel quos b. f. possidet?

Qyoniam servorum fructus maximam partem in operis consistit l. 27. ff. de per. ber. l. 49. de A.R.D. quicquid ex re usufructuarii, aut b. f.

possidet, possessoris vel ex suis operis idq; non tantum scientibus, acquirunt, ipsis adjicitur: qvod autem extra illas duas causas acquirunt, id vel ad dominum proprietatis pertinet, si servus, vel ad ipsum acquirerentem si liber fuerit l. 21. 22. ff. de usufr. l. 23. ff. de A.R.D. diff. tamen Proculns in l. 21. d. t. Si autem b. f. possessor usuciperit servum, ex omnibus causis, quia usus-auctoritate ejus dominus factus est, per eum sibi acquirit §. 4. b. Is servus autem, in quo duntaxat habemus usum, ex re quidem nostrâ, non autem ex operis suis, nobis acquirit l. 14. pr. ff. de us. Et hab. junge ib. 17.

82 Quare usufructuarius non possidet?

Est quidem in possessione, sed propriè non possidet, tali scil. possessione quâ quis bona fide, adeoq; opinione domini, rem alterius tenet, ut inde sequatur usucatio l. 6. §. 2. ff. de Prec. l. 15. §. 1. ff. qui satis cog. l. 1. §. 8. ff. quod legat. l. 1. §. 15. l. pen. ff. de A.P. quatenus enim scit servum alienum

num

num esse , nec possidere nec usucapere intelligitur d. l. 10. junctâ l. 2. C. de præscr. 30. vol 40. ann. dicitur a. justa possessio, qvæ vel jure dominii, vel opinione dominii competit §. 5. b. l. 42. de A. P. l. 136. de R. J.

Ad §. 5.

83. Quomodo per liberam personā alicui acquiritur?

Per extraneam liberam personam nullâ ex causâ alicui acqviritur, l. 53. ff. de A. R. D. l. 38. §. 11. ff. de V. O. l. 73. §. fin. de R. J. Procurator tamen ex mandato domino acqvirit l. 1. C. b. t. l. 11. §. pen. de pig. act. l. 49. §. 2. ff. de A. P. Si quidem per Procuratorem qvis acqvirit animo suo, & corpore alieno l. 3. l. 12. d. t. Quatenus itaqve Procurator mandatum habet, & domini nomine possessionem apprehendit l. 1. §. 19. l. 24. d. t. l. 55. ff. de O. & A. eatenus ignorantibus etiam acqvirit possessionem l. 1. C. l. 49. §. 1. l. 53. ff. d. t. l. 1. C. b. t. nam utilitatis & negotiorum expediendorum causa id receptum est l. 8. C. de A. P.

Siautem suaspse sponte alicui rem aliquam emerit, dominus, ut procedat usucatio, possessionem acceptam ratihabere debet l. 42. §. 1. d. t. qvia ad eam apprehendendā animo opus est d. l. 3. §. 1. adeq; per Procuratorem non usucapit ignorans l. 47. 49. ff. de Usuc. Ad §. fin.

84 Quid continetur in b. §?

Transitus ad subseqvēntia, ut n. hactenus de modis acqvirendi res particulares, rejectis qvæ supersunt in locum commodiorem, actum, ita seqvuntur modi acqvirendi per universitatem, qvib⁹ jus alicujus univerſum, & omnia bona simul conseqvimur. qvod contingit per hereditatem, qvæ Jure prætorio sub nomine bonorum possessio- nis venit, ac describitur suc- cessio in universum jus qvod defunctus habuit l. 62. de R. J. l. 24. de V. S. & defertur vel ex provisione hominis, sc. testa- mento, de qvo hoc libro, vel ex provisione legis, de qua in lib. 3. adusq; tit. 14. de Obligat.

Examen

Virtuti totum qui sese dedere geste,
 Virtutis palmam cœlitus ille feret.
 Talem præ reliquis, TE PFLAUMI, novimus esse,
 Hinc tibi debetur gloria, fama, decus.
 Praelato Dno Responendi, Domestico suo dilectissimo
 gratulatur
P R A E S E S.

Ad Præcellentem Viruam Juvenem

DN. JOHANNEM CASPARUM Pflaumi/
 Saxonem, U. J. Candidatum solertissimum,
 Amicum jucundissimum,
 publicè responsurum ex JURE
DE SERVITUTIBUS, USUCAPIONE,
DONATIONIBUS, PECULIO.

Quid faciat Servos, leges quæ debita Servis
 Quæ Dominis ponant jura severa, notas.
 Nec satis hoc, Usucaptionis jura ministras
 Quin & donorum sacra jucunda sonas,
 Et quæ donanti constent post dona, Peculi
 Mox opus agrederis, judiciumq; probas.
 Sit felix, quod agu! Debet Tibi plurima Varnus
 Dona, sed & patrius maxima Saxo dabit.
 Libertas tibi pro Servorum sorte, paratur
 Maxima, quem capis, is nobilis Usus erit.
 Jam capie natura tuos bene fingere mores
 Et doctrina tibi peccatorum pulchra dedit.
 Adde (pores) quos jam capis Usus. Nullus adulor.
 Omne feres punctum, summa brabeja feres.
 Sit libertatis, sit proxima cura Peculi.
 Sed cunctis magis his sit Tibi cum DEI!
 Aurea nulla solo: sed constant aurea cœlo
 Dona: det hæc robis, qui super altæ DEUS.
 Celerr. honori & amori erga
 Cl. Dn. Respondentem
AUGUSTUS VARENIUS, D.
 Qualis

• 215
Q Valis Vere novo splendescit floribus hortus
Sic splendet studiis mens decorata bonis;
Fœcundosq; suo deponit pectore fructus,
Et multo reddit fœnere qvæ didicit.
Hinc omnes ejus, studium mirantur, & ejus
Ingenii dotes qvisqvis habere cupit.
Sic quoqve mirantes illum venerantur, & omni
Illum pro meritis qvivis honore beat.
Hoc PFLAUMI Nobis in Te jam cernere præsto est
Hinc Tibi gratamur, grataq; vota damus.
Sic Themis ipsa jubet, sic faxit Juppiter æqvus:
Præmia percipias digna Tu studio.
Et qnoniam nostras Tibi mens rellingvere Musas
Vade bonis avibus; vive, valeq; benè-

In Florentissimo

Dn. Respond. gratulantur

Magnifici Dn. Præsidis COMMENSALES.

PFLAUMI, dulcis amor noster, sacrate Camenæ
Pieris, & quem celeberrima Lipsia primum
Abdita Cesarei docuit mysteria juris,
Et quicquid jubeat, vel quid vetet alma Themista,
Scrutari: doctus nunc docta mentis acumen,
Ex seris, ingenii dotes, animumq; sagacem,
Ostendis; dum publicitus dissolvere legum,
Difficiles nodos, & sic defendere tentas,
In dubium toties qua sunt vocitata. Nec ergo
Cessa: sed felix Cathedram concende, labori
Successus comes est; Cæptum fortuna sequetur.
Cumq; debinc nostris statuas valedicere Musis
Varniacis, & iter mediteris, sydere fausto,
I, quò fatigabant, I, quò te jussa Parentum,
Esse velint, impleg; redux pia vota Tuorum.
Ita Amico optimo, & Contubernali dilectissimo

L. M. Q. gratulor

BERNH. Wedemhoff / Lub.

•(ɔ:):(ɔ:):(ɔ:)



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747238022/phys_0049](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022/phys_0049)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747238022/phys_0050](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022/phys_0050)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747238022/phys_0051](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022/phys_0051)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn747238022/phys_0052](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747238022/phys_0052)

DFG

initio à modis particularibus, in sequentibus, interrupto
qui sunt Usucapio, Donatio, tamen ordine, agendum est,
jus accrescendi, legatum, & si
§. 6. b. juncto §. ult. per quas
deicommissum particolare, perf. nob. acquir.

AD TIT. VI.

DE USUCAPIONIBUS, ET LON-
GI TEMPORIS PRÆSCRI-
PTIONIBUS.

Ad Rubr.

34. Quanam est vera hu-
jus Rubrica lectio?

Rectius inscribitur hic titulus de Usucaptionibus & longi temporis Præscriptionibus, qvam Possessionibus, tum, qvia possessio est præscriptionis causa pr. b. l. 3. §. 3. de A. P. l. ult. pro emt. c. sine de R. f. in 6. tum, qvia illa lectio ex aliis indubitatis locis confirmatur §. pen. per quas pers. Rubr. C. de long. temp. prescr. Et respectu effectus tamen perinde est sive legatur præscriptio, sive possessio.

35. Quomodo coherent §§.
in hoc titulo?

Usucapio consideratur in

genere pr. in specie, & tunc vel respectu materiæ, qvæ proponeat res prohibitas privatorum §. 1. 2. mobiles §. 3. 4. 5. 6. immobiles §. 7. idq; declarat §. 8. fiscales §. 9. qvibus subjecitur regula §. 10. vel respectu for- mæ, qvæ reqvirit titulum §. 11. & continuatam possessionem in Successore §. 12. ubi singulare qvid in rebus à fisco emitis notatur §. fin.

36. Quid est Usucapio?

Adjectio dominij per continuationem possessionis temporis lege definiti l. 3. ff. b. t. Dicitur Usucapio, seu usus-authoritas, qvod per usum h. e. per possessionem, res cum effectu capiatur, seu accipiatur, l. 71. de V. S. l. 4. §. 1. b. l. 48. pr. ff. de A.




Image Engineering Scan Reference Chart TE263 Serial No. 098
Patch Reference numbers on UTT